

44 rettricibus extra censuram reliquerunt. Uti nec in servis seu omnium vilissimis atrox illud vindicarunt crimen *αυτοχειρία* L. *sed si damnum* 9. §. 7. ff. *de pecul.* cum tamen malus servus audiat, aliquid facit, quo magis se rebus humanis extrahat L. *cum autem* 25. §. *excipitur* 3. ff. *de Edil. edict.* Unde facile patet, qua ratione accipiendum sit illud *Ulpiani in d. l. 9. §. 7.* Licet etiam servis naturaliter in corpus suum sævire; nempe non de eo, quod licet jure naturali, quippe cum id huic adversari doceat in *all. L. 23. §. 3.* sed de moribus civilibus inveteratis, qui ob vetustatem suam sæpe jus naturale mentiuntur, & proinde pro jure naturali incaute sumuntur, monente *Grotio lib. 2. de J. B. & P. c. 20. §. 41. junct. c. 12. §. 26. eod. lib. 2.*

45 Sed cum lupanaria secta temporum nostrorum non amplius patiatur, studioque honestatis naturalis concubitus omnis extra matrimonium turpis censeatur, imo severissime interdictus sit *Ordin. Polit. de anno 1548. tit. von leichtfertiger Beywohnung. & de anno 1377. tit. 26.* quæstus etiam meretricius ob scelestam, qua laborat, sorditiem, non nisi pro inhonesto atque infami habendus est, nec dicere amplius licet, meretricem eum non turpiter ac-  
 46 cipere. Hinc propter turpitudinem quæstus hujus & sorditiem naturalem non plane extra omnem legis censuram positæ fuere meretrices, nec commode etiam poni potuerunt: siquidem Jus Cic. licet non per omnia juri naturali serviat, nec tamen in totum  
 47 ab eodem recedit, L. *6. pr. ff. de J. & J.* Proinde infamia notatæ fuerunt L. *Paconius 3. pr. ff. si à parent. quis manum.* hodieque pro talibus ab omnibus reputantur, *Angel. conf. 523. & Ludov. à Peguera decis. 2. num. 6.* & in militia Persica poena levitatis & inconstantie in desertore redeunte ad partes priores maxima fuit gestare nudam meretricem, notante *Pilippo Melancthon. in Chron. Carion. libr. 4. pag. 903. num. 15.* Ob quam infamiam meretrix testimonio dicendo plane repellitur, *Fr. Bursat. lib. 2. conf. 134. num. 35. Bertazol. conf. 311. num. 17. lib. 2. Simon de Prætis cent. 1. conf. 81. num. 14. Paul. Paris. volum. 3. conf. 67. num. 80. add. Fa-*  
 48 *rinac. in pr. crim. lib. 1. tit. 5. quæst. 43. num. 80. & seqq.* Ob eandem  
 ctiam